Quid hicce nune, animam quod exedat tuam. —

vss. 488 sqq. Matth. Ineptum quidem cum Matthiaeο dici nullo pacto potest, quod Elmslejus secundum Rhesi locum vss. 876 sqq. Matth.:

ἔμας δ' ἴόντας τοῖσιν ἐν τείχει χρεῶν
Πριάμῳ τε παὶ γέροντι σημῆναι, νεφροὺς
Σάπτειν κελεύειν λεωφόρους πρὸς ἐκτροπάς.

a Reiskio subministratum σημαίνειν ad oraculorum interpretes, κελεύειν autem ad ipsum Demophontem referendum esse ait. Nam sententia minime est inepta: sicut sagten, er solle opfern lassen. Sed verum tamen non videtur esse, cf. vs. 408: σφάξαι κελεύοντιν με (χρησμῶν ὀνόδοι vs. 403) παρθένον. Atque hoc quoque novum est documentum, locorum, quos parallelos, id est consimiles, vulgo vocare consuevimus, comparationem aptam quidem esse ad perdiscendam scriptorum orationem similemque unius generis consuetudinem, ut discipuli multum inde utilitatis haurire, at non semper ad probandum esse idoneam. Quam autem Matthiaeus ipse conjecturam proponit: χρησμῶν γὰρ φόδονς φασὶ (numquid φησὶ voluit?) σημαίνειν τόδε· οὐ ταῖρον — σφάξαι κελεύειν, eam ego certe nequeo probare. Duobus hic verbis id dicere Euripidem, quod uno sane poterat, tautologia non potest nominari, sed summum quædam orationis abundantia et luxuries, sed ea et græce et latine ac vel in prosario sermone satis usitata.

vs. 495 Matth. εἰ μή τι τούτων μῆχαρ ἔξενρήσομεν. Cautius, ut solet plerumque, Elmslejus hic egit et Hermanno et Matthiaeο, ut qui nil nisi dicat: „Verbum nusquam alibi, quod sciām, obvium.“ Habent enim libri: εἰ μή τι τούτων ἔξαμηχανήσομεν. Illud enim nemini potest dubium esse, quin una Hermanni: εἰ μή τι τούτων ὅξδ μῆχαρ ἥσομεν et utraque Matthiaeī emendatio, altera edita, altera in annotatione proposita: εἰ μή τι τούτων μηχανὴν (vel μηχανὰς) εἴρησομεν, justo sit audacior ac violentior. Verbum ἔξαμηχανῆν inauditum quidem et singulare, non, opinor, barbarum dicent, quicunque legerunt, quæ Buttmannus exposuit in Grammat: ampl. §. 121. Tom. II p. 360 sqq. Veluti ex ἀτιμασί fit ἀτιμᾶν, ita ex adjectivo ἔξαμηχανος fit ἔξαμηχανῆν, ἔξαμηχανος

adjectivum autem olim in usu fuisse, uti fuerunt ἐπτοπος, ἔξαλος alia, docet adverbium doricum ἔξαμάχανα apud Hesychium, quod formatum ut ἔξοχα, ἔξαλλα, ἔξάπινα alia cur Hesychii editores vellent mutare, ego caussam video nullam. Sed quid, si Euripidem ad Homerici illius instar: πόσιος καὶ ἐδητνός ἐξ ἕρον ἐντο scripsisse conjiciam: εἰς ἀμήχαν' ἤσουμεν? Certe vel vox ἀμήχανος ipsa vel alia aliqua inde orta mihi met propterea, quod versu 492 est: ταῦτ' οὖν ἀμήχανοῦμεν, plane necessaria videtur. Sic novum haberemus tmesis apud Atticos rarae quidem sed tamen apud Euripidem maxime non inauditæ exemplum, de qua inter recentiores Grammaticos maxime est adeundus Bernhardy in arte syntactica p. 197. Tum vero Euripides etiam in aliis epicorum dictiones et formas haud nimis raro imitatur.

vs. 498 Matth. ἐν τῷδε κεισόμεσθα σωθῆναι λόγῳ; Locus sat multorum opera tractatus. In libris omnibus est: ἐν τῷδε κενέχόμεσθα, quod ferri non posse, plurimi consenserunt. Quod autem Spitznerus simul et Matthiaeus conjecterunt: κεισόμεσθα, id non eo tantum nomine displicet, quod, ut recte Matthiaeus ipse post sensit, futurum tempus minus vel dicam prorsus non accommodatum est, sed etiam idque maxime, quia contrarium est ei, quod est in versu sequenti: ἐν τῷδε, τάλλα γ' εὐτυχῶς πεπραγότες, ex quibus verbis clarum est, debere illud verbum prohibendi vel obstandi significationem habere in hunc sensum: illud unum obstat, quo minus servemur, cetera omnia bene habent, quæ significatio omnino aliena est a verbo κεισθαι, nam ἐν τῷδε κεῖται est: in hoc vis et potestas ejus rei est posita. Eaque ratione displicet etiam, quod alias tanquam facilissima atque a literarum ductibus minime recedens mutatio mihi placitum erat, nisi hoc verbum ab Atticorum poesi alienum videretur, nam omnino poesin non dedecere, docet Pindarus, cuius locum postea indicabo, ἐν τῷδε κανχώμεσθα σωθῆναι λόγῳ; Antiatticista Bekkeri in Anecdott. T. I. p. 102, 3 sq.: Κανχᾶσθαι· ἀντὶ τοῦ αὐχεῖν. Πίνδαρος ὀλυμπιονίκαις (9, 58 vel 41 apud Boeckh.). Idem p. 275, 4 sq.: Κανχᾶ· αὐχεῖν ἐπὶ χρηστοῖς πράγμασιν. Λυκοῦργος δὲ ἐπὶ φαύλοις κέχρηται, ως τοὺς ἀκούοντας αἰσχύνεοθαι, qui locus corrigendus est ex Etymol. M. p. 494, 2 sqq.: κανχῶ, κανχῆσθαι, συζηγίας δευτέρας τῶν περισπωμένων· γίγνεται παρὰ τὸ κανχός, τοῦτο παρὰ τὸ αὐχός· τοῦτο παρὰ τὸ εὔχω, τὸ κανχῶμαι· ἡ παρὰ τὸ αὐχεῖν ἔστι. σημαίνει δὲ τὸ αὐχεῖν ἐπὶ χρηστοῖς πράγμασι. Λυκόφρων δὲ ἐπὶ φαύλοις κέχρηται, ως τοὺς ἀκούοντας αἰσχύνεοθαι, nam sine dubio spectant hæc ad Lycophronis Alexandr. vs. 626: ώς οὐτις ἀνδρῶν ἐβίας κανχήσεται Μετοχίσας ὀλίζον, ad quem locum Bachmannus memor est Etymologici, sed etiam hic ipse locus depravatus est et in aliis pluribus et in ipso nomine, nam, si quid sentio, duos duorum locos illi voluerunt et Lycophronis et nescio cuius alterius, fortasse Lycurgi, ex quo altero loco nunc credo superesse illa: ώς τοὺς ἀκούοντας αἰσχύνεοθαι, quæ corrupta vel certe mutilata esse suspicor; in oratoris Leocratea certe non sunt, nec nunc vacat, eam quæstionem liquido solvere. Sed, ut jam ad Heraclidas revertamur, procul dubio vera est Elmsleji jure a Matthiaeο egregia nominata et a Dindorfio recepta emendatio: κανχώμεσθα, quam tamen aptioribus locis poterat tueri, quam hoc Thuey didis 1, 25: ἐν ἀπόρῳ εἰχοντο θέοθαι τὸ παρόν, veluti Aristophanis in Lysistrata vs. 31 Dindorf.:

Λνσιστρ. οὗτο γε λεπτὸν, ὡς δὲ ὅλης τῆς Ἑλλάδος
ἐν ταῖς γνωμαξίν ἐστὶν ἡ σωτηρία.

Καλον. ἐν ταῖς γνωμαξίν; ἐπ' ὅλιγον τάρ̄ εἰχετο.

ubi olim edebatur οἴχετο vel οἴχεται. Displicebat mihi sane aliquamdiu in hac scriptura *zal* sic positum, sed id commode satis defenditur ejusmodi locis, de quibus loquuntur Personus ad Euripid. Phœn. 1373 et Hermannus ad Alcest. 498 Monk. Lips. et ad Sophocl. Antig. 550. Hæc igitur omnia sic habent:

Ιολ. χρησμῶν γὰρ ὁδοὺς φησὶν οημαίνειν ὅδε
οὐ ταῖρον οὐδὲ μόσχον, ἀλλὰ παρθένον
σφάξαι κελεύειν, πατρὸς ἥτις εὐγενοῦς,
εἰς χρῆν μὲν ἡμᾶς, χρῆν δὲ τήνδε εἶναι πόλιν.
ταῦτ' οὖν ἀμηχανοῦμεν· οὐτε γὰρ τέκνα
σφάζειν ὅδε αὐτοῦ φησιν, οὐτ' ἄλλον τινός.
καμῷοι λέγει μὲν οὐ σαφῶς, λέγει δέ πως,
εἰ μὴ τι τούτων ἔξαμηχανήσομεν,
ἡμᾶς μὲν ἀλλην γαῖαν εύρισκειν τινά,
αὐτὸς δὲ σώσαι τήνδε βούλεται χθόνα.

Μακαρ. ἐν τῷδε πάχομεσθα σωθῆναι λόγῳ;

Ιολ. ἐν τῷδε, τἄλλα γ' εὐτυχῶς πεπραγότες.

Der Sprüche Sänger, sagt der Fürst, bezeichnen nicht
Zum Opfer einen Stier noch auch ein jährig Kalb,
Nein, eine Jungfrau edlen Stammes fordern sie,
Wenn wir, wenn diese Stadt gerettet werden soll.
Das ist die Schwierigkeit, denn weder Andrer Kind
Noch auch sein eignes will er opfern, wie er sagt;
Und, spricht er's auch nicht deutlich aus, so meint er's doch,
Wir müssen, können wir nicht diese Schwierigkeit
Noch heben, irgend einen andren Zufluchtsort
Uns suchen, denn Er wolle retten seine Stadt.

Μακαρie. Und einzig daran stößt sich unsre Sicherheit?

Ιολ. Daran allein, im Andren steht es gut mit uns.

Nam rex notare oraculorum interpretes
Non taurum ait vitulamve, verum virginem
Mactarier jubere patris nobilis,
Urbisque res nostrasque salvas si velit.
Hæc igitur ista cura, nam se nec suam

Nec civium mactare velle filias;
 Mihique, si clare minus, dicit tamen,
 Nos ni mali istius sciamus remedium,
 Debere in alia hinc regna rursus cedere,
 Terramque salvam velle se suam dare.

Macar. Et in hocce nobis hæret omnis jam salus?
 Jol. In hocce, reliqua nostra fortuna integra. —

vs. 541 Matth. πέφυκας Ἡρακλῆος. Quum hic Elmslejus pro ionica Ἡρακλῆος genitivi Atticis etiam poetis inusitata forma conjectando reposuissest adjectivum Ἡράκλειος, atque ejusmodi adjectiva, quibus tragicci admidum gaudent, generis communis esse probasset loco ex Orest. 1505 (1512): ἡ Τευδάρειος παῖς, Matthiaeus, an non adjectis παῖς vel θυγάτηρ nominibus nusquam ita adjectivum reperiatur, dubitavit. At id hic quidem vel propter σπέρμα facile potest abesse, sed recte tamen credo habere Ἡρακλῆος. In qua enim Jolaus nunc est et animi commotione et sensus elatione, utitur etiam elatiore orationis forma eaque Homericā: ἡ θεῖα φρὴν Ἡρακλῆος, (unicum pro omnibus exemplum sit illud: ἵερὸν μένος Δλινύσσοιο) unde fluxit etiam hæc ionica genitivi forma. Similiter Hermannus ad Sophocel. Trachin. 193 et Philoctet. 4 ionicam formam Μῆλιεν̄ præ vulgari Μάλιεν̄ vere, ut opinor, sic tuetur, ut illam tanquam minus usitatam et vulgarem ea ipsa de causa poesi convenientiorem fuisse dicat, quem vide etiam ad Bacch. 548 et ad Alcest. Monk. vs. 976. Si tragicis licuit μοῦνος, ξεῖνος, ἥδε (cf. Porson. ad Hec. 323) aliaque epica etiam in senariis scribere, de quibus videndus est Elmslejus ad Med. vs. 88, nam quod idem ad Bacch. 320 errorem se ait commisisse in illa annotatione, eum ad οὐνομας tantum credo pertinere, quidni licuerit item Ἡρακλῆος, modo justa subsit caussa ejus libertatis? Recte infra ad versum 932 Matthiaeus notat, plura in eo carmine ex antiquo eoque quidem Homericō sermone servari. Ceterum interpunctionis in hoc loco imita ab Elmslejo ratio verior est Matthiaeana, nec tamen prorsus vera, sic enim est scribendum:

ὦ τέκνον, οὐκ εστὲ ἄλλοθεν τὸ σὸν κάρα
 ἀλλ’ ἐξ ἐκείνου, σπέρμα τῆς θείας φρενός
 πέφυκας Ἡρακλῆος.

Mein Kind, nicht einem Andern dankst dein Leben du
 Als ihm, Du bist wahrhaft das achte Fleisch und Blut
 Des göttlichen Gemüths des Herkules.

Non est aliis hic tibi animus, filia,
 Nisi illius, virtute divina Herculis
 Satam esse te testaris. —

vs. 558 Matth. ἀλλ’ ἐλευθέρως θάντο. Quæritur, quid sit hic ἐλευθέρως θάντο. Atque Elmslejus denuo suo more in errorem inductus similiū locorum comparatione hic, ut alibi, esse dixit: mori

ut liberum decet. Id vero ab hujus loci sententia prorsus abhorrere, non opus habeo multis docere, manifestum est enim. Paulo verosimilius Matthiaeus: „Ἐλενθέρως θανεῖν, inquit, dici videtur is, qui ἀνεν πάλον mortem obit. Cf. v. 551.“ Qui versus: τὴν ἐμὴν ψυχὴν ἐγὼ Διδωμ' ἔκονσα τοῖςδ', ἀναγκασθέσσα δ' οὐ minus ad Matthiae sententiam facere videtur, quam vs. 546:

οὐδὲ δὲ οὐδὲ δικαιον κατθανεῖν ἄνεν πάλον.

Ad eamque explicationem horum verborum magis etiam fulcierendam possint etiam utiles videri illi versus 501 sq.:

ἐγὼ γάρ αὐτήν, πρὶν κελευσθῆναι, γέρον,
θνήσκεται ἑτοίμη καὶ παρίστασαι σφαγῇ.

Sed hoc quoque falsum. Apertissimum est enim, spectare haec Macariae verba ad proxima illa Jolai, quibus is, ne mortem Macariae suadendo piaculum sibi contraheret, veritus dixit vss. 555 sq.:

οὐ μὴν κελεύω γ', οὐδὲ ἀπεννέπω, τέκνον,
θνήσκειν σ' ἀδελφοὺς δ' ὥφελεῖς θανοῦσσα σούς.

Sentiens id Macaria „Noli timerē, inquit, deque piaculo securus esto, non tuo jussu sed ultro ac libere morior“:

σοφῶς κελεύεις· μὴ τρέσῃς μασματος
τούμοις μετασχεῖν, ἀλλ' ἐλενθέρως θάνω.
Dein Wort ist klug; doch fürchte nicht, Du habest Theil
An meiner Todeschuld; ich sterbe völlig frei.
Caute mones; sed ne mei piaculi
Partem timeto, nam ipsa morior libere.

Conjunctivum autem θάνω, quem minus recte Elmslejus explicuit: let me die, nam quivis unus sentit ultro, non recte sic dici: Fürchte nicht, du wärest Schuld an meinem Tode, sondern lasst mich frei sterben; hortativus ille conjunctivi usus huc non spectat, sed recte videt Musgraveius, cogitandi regulam nostramque loquendi consuetudinem postulare indicativum aut futuri aut praesentis: conjunctivum ergo illum veteres grammatici natione græci authypotactorum (*αἰδηποτάκτον*) nomine comprehenderunt, de qua re Buttmannus in Grammat. ampl. T. II. p. 44 sq. not. grammaticorum locos quosdam colligit, quibus addendus Etymologici Magni auctor p. 304, 38: καὶ αἰδηπότακτον — εἴ τις σε ἔρηται. In Herodiani verbis autem apud Bekkerum in Aeneadott. T. III. p. 1086 sqq. quædam sunt corrigenda, ut p. 1088, 1 sq.: Εὑρίσκονται σὲν τούτοις καὶ ἀπὸ ἀλλων συζυγιῶν μέσοι μέλλοντες πρῶτοι μὴ ἵποτασσόμενοι μηδὲ αὐτοὶ, πεσεῖται ἀντὶ τοῦ πέσει, prorsus ut est paulo ante: καθιεῖται ἀντὶ τοῦ καθίσει, ibidemque vs. 10: οἱ παρῳχμένοι πάντες οὐχ ἵποτασσονται, ἐτετύφεις, ἐτετύπεις, παρῳχμένοι δὲ πάντες εἰσὶ καὶ οἱ παρῳχτικοὶ τῆς συζυγίας τῶν περισπωμένων, οἷον ἐγνωσιμάχεις, ἡμιφισβήτεις, aut omittendum est alterum πάντες aut scribendum πάρτως. Ex tota hac illorum doctrina id certe discimus, quam fuerit futilis nullisque sanis regulis nixa eorum ars grammatica. Sed sic dixerunt eos conjunctivos, qui non

essent apti ex particulis, aut ex iis certe particulis, quas illi conjunctivum posse secum habere non crederent, ut *ei*; particulas conjunctivas, ut ita dicam, quod græce est, μόρια ὑποτάκτικά, autem illi faciunt has: *ίνα*, *ὅφει*, *ὅπως*, *έάν*, *ἄν*, *μή*, et partim *ἵνικα*, *ἔως*. —

vs. 596 Matth.: ἀλλ' ὃ μέγιστον ἐπρέποντο εὐψυχίᾳ. Ita ex Scaligeri conjectura Musgravius, Elmslejus, Matthiaeus, Dindorfius ediderunt, quum libri omnes præbeant genitivum εὐψυχίας. Ac quanvis illa emendatio sit facillima, nam haud raro iota subscriptum finale corruptum est in *ς*, cf. Schaefer. Melet. crit. p. 112 sq., nihilominus tamen nescio an librorum scriptura apte possit defendi ita, ut genitivum εὐψυχίας ex adverbio μέγιστον pendere dicamus, id autem significare: tu non tantum excellis magnanimitate inter eos, qui non sunt magnanimi, sed summo prælucres magnanimitatis gradu, id est, inter magnanimos maxime tu es magnanima. Effervit enim Jolaus. Thucydid. 1, 118: ἐν οἷς Ἀθηναῖοι τὴν τε ἀρχὴν ἐγκρατεστέραν πατεστήσαντο καὶ αὐτοὶ ἐπὶ μέγα ἐχώρησαν δυνάμεως. Pausan. 9, 30, 4: ὁ δὲ Ὁρφεὺς (έμοι δοκεῖ) ὑπερβάλετο ἐπῶν κόσμῳ τὸν πρὸ αὐτοῦ καὶ ἐπὶ μέγα ἥλθεν ἰσχύος κ. τ. λ. —

vs. 604 Matth.: ὡς οὖτε τούτοις ἥδομαι πεπραγμένοις. „De re futura loquitur tanquam de præterita.“ Elmslej. Quod etsi in omnibus solet linguis accidere, ut aliquando res, quas futuras esse sciamus, pro factis jam habeamus, hoc tamen loco idem esse quominus credam, plura sunt, quæ me prohibeant. Ejusmodi figuræ enim et licentiæ non aliter mea quidem opinione sunt statuendæ, nisi ubi aliud quid statui nequit, quod in hunc locum cadere nego. Nam οὐ τούτοις ἥδομαι πεπραγμένοις est: non gaudeo, rem ita esse factam, daß die Sache so gefommen ist, id est, difficultatem illam, qua per oraculum illud editum modo laborabamus, ita esse expeditam, ut Macaria suam pro patria atque genere vitam sponderet. Quo accedit, ut, quum puella post versum 600 abiisse sit credenda, res statim facienda jam sit pro facta Jola. —

vs. 616 Matth. Locus sanequam difficilis. Libri enim vulgares habent: ἀλλὰ σὺ μὴ προπιτυῶν τὰ θεῶν ὑπερ, Μηδ' ὑπεράλγει, in qua scriptura nec metrum nec sensum constare dicunt. MSS. Stephani, quorum librorum fides admodum est dubitationibus obnoxia, habent προπιτνει, quod secundum Matthiaeum etiam Flor. 2 sed ab alia manu supra scriptum exhibet. Flor. 1 & 2 προπιεσών, Victor. πρὸς πεσών. Elmslejus ex conjectura, quam jure suo audacem vocat Hermannus, edidit: ἀλλὰ σὺ μὴ προπιτνει τὰ θεῶν φέρε, quod interpretes nihil hic vidisse ratus ita accipit: erecto animo et corpore, nam Jolaum humi jacentem surgere jubere chorum, τὰ θεῶν autem, ut τὰ θεῖα apud Sophoclem Terei fragm. 11, esse τὰς ἐκ θεῶν δοθείσας τύχας, ita nostrum[dicere in Phoeniss. 385 (382 Matth.)]:

ἀτὰρ τι ταῦτα; δεῖ φέρειν τὰ τῶν θεῶν.

quæ sententia sane est usitatissima etiam simillime dicta. Hermannus vero ad Med. Elmslejanam p. 342 ed. Lips.: „Scribendum, inquit, ἀλλὰ σὺ μὴ, προπιτνει, τὰ θεῶν-ὑπερ, Μηδ' ὑπεράλγει φροντίδα λύπα: at tu, oro, ne aut deorum decretis aut cura tua nimis dole. Respondent enim sibi: μὴ τὰ θεῶν ὑπερ et μηδὲ φροντίδα. Utrumque indicaverat Jolaus vss. 605 sqq., dolere

se et propter oraculum, quod virginem immolari jussisset, et quod Macaria se immolanda offerret.“ Matthiaeus autem edendum curavit: ἀλλὰ σὺ μὴ προπίτνει τὰ θεῶν * * Μηδ' ὑπεράλγει φροντίδα λέπα. Dindorfius denique sequitur Elmslejum. Ex iis ergo, quae Matthiaeus opponit conjectuae et explicationi Hermanniana, illud verum credo, quod dicit, illa, quae vs. 604 legantur, non esse duo, ut inter se opponi possint, sed unum, oraculum de immolanda virgine, quo ipso fieri, ut Macaria se immolanda offerret. Sunt autem illa verba haecce:

ώς οὐτε τούτοις ἥδομαι πεπραγμένοις,
χρησιμοῦ τε μὴ πρωτέντος οὐ βιώσιμον·
μείζων γὰρ ἄτη συμφορὰ δὲ καὶ τάδε.

Sed quod ipse Matthiaeus προπίτνει recepit, male procul dubio fecit, ea enim dubitari non potest quin sit mutatio librariorum criticorum, qui intelligerent, ad prius illud μὴ debere eodem modo referri imperativum, quo refertur ad posterius μηδέ. Ita autem videntur illi ea verba intellexisse: „noli super deorum altaria jacere, neve nimis dole.“ Atque eatenus quidem et hi et Hermannus recte perspexerunt hujus loci rationem; nam illud apertissimum est ex μὴ et μηδέ particulis, loqui hic eorum de duabus rebus, quod ipsum ex rei ipsius natura quoque perspicuum fit. Nam summa cum arte atque ex intima naturae humanae cognitione id hic instituit Euripides, quod Jolaum de abducta ad mortem voluntariam Macaria dolore incitatum magis etiam de universa sui Heraclidarumque condicione et præterita et futura dolentem timentemque inducit. Etenim quamdiu atrocis alicujus præsentisque casus commotione omnes animi nostri corporisque vires supra solitum intenduntur, bene solemus sperare, post ubi remisit communis illa contentio, secundum naturae humanae infirmitatem cum corpore simul animus decidere coque magis anxie et timide de omnibus etiam certissimis dubitare cogitur. Ita hoc loco post Macariam abductam Jolaus, senex tota vita omni calamitatis genere multum exercitatus, fractis viribus quasi linquente animo humum concidit rerumque suarum desperationi totum se tradit. Hoc autem non ita dico, quasi crederem, timere Jolaum de veritate oraculi, immo ultra sibi et Heraclidis timet, quid tandem aliquando post tot rerum discrimina etiam reportata ista ab Atheniensibus de Eurystheo victoria sibi illisque sit futurum. Duo ergo nunc eum angunt, alter dolor Macariæ deorum edito oraculo ($\tauὰ \thetaεῶν$) immolatæ, altera cura suæ Heraclidarumque sortis ($\phiροντίς$), cuius sortis exitus aliquis nunc ipsum proxime imminet, eaque duo ita eum angunt, ut præ tristitia ac virium defectu humum se prostraverit ($\piροπίτνων$), ita ut chorus solatii ergo eum amice admoneat, nolit neque hoc neque illud nimis dolere. Sic igitur $\tauὴν \phiροντίδα$ vere a me explicari, inde eluet, quod infra vs. 629, ubi servus interrogavit:

τί χρῆμα κεῖσαι καὶ κατηφεῖς ὅμιλος ἔχεις;

Jolaus respondet: φροντίς τις ἡλέος, ἢ συνεσχόμην, coque, id est ad universam Jolai Heraclidarumque sortis iniquitatem, non ad Macariam puellam, spectant etiam ea, quae chorus

vs. 622 prodocet: ἀ δ' ἀρετὰ βαίνει διὰ μόχθον. Ab librorum igitur partibus ego quidem sto atque ita scribo: ἀλλὰ σὸν μὴ προπιτνῷν τὰ θεῶν ὑπερ Μηδ' ὑπεράλγει κ. τ. λ. idque explici in hunc modum: ἀλλὰ σὸν μὴ προπιτνῷν ὑπεράλγει τὰ θεῶν, μηδ' ὑπεράλγει φροντίδα. Ac sic jam alteram caussam, cur hæc omnium librorum consensu defensa scriptura: ὑπερ, ferri nequeat, removi, nam ut alias in verborum compositorum repetitione altero loco simpliciter præpositio scribi solet, ita hic priore, nam illud bene tenendum, in omnibus libris esse per anastrophēn ὑπερ. Neque deinde per alteram caussam, id est metrum, ulla nobis debebat esse mora, recte enim veteres libri versum illa præpositione finiunt, quapropter si ita distinxeris:

in strophe: Οὔτινά φῆμι θεῶν ὅτερ ὅλβιον,
οὐ βαρύποτμον
ἀνδρα γενέσθαι,

et in antistropha: Ἀλλὰ σὸν μὴ προπιτνῷν τὰ θεῶν ὑπερ
μηδ' ὑπεράλγει
φροντίδα λύπα.

recte, opinor, omnia habebunt. Versus autem hos ita malo distinguere, quoniam

in strophicis: θεῶν ὁτερ ὅλβιον (-υυ), et: βαρύποτμον (υυ-υ)

et in antistrophicis: τὰ θεῶν ὑπερ (-υ-), et: μηδ' ὑπεράλγει (-υυ--)

propter aincipes et irrationales syllabas satis manifesta sunt clausularum indicia, tum vero et omnino in his tragicorum poetarum dactylicis versibus et in hoc ipso carmine maxime tetrametrorum et monometrorum est usus. Denique mea quidem opinione etiam per sententiam versus non apte ultra ὅλβιον adjectivum produceretur. Versu 611 autem μοῖρα διώκει non est: sors properat, sed: sors sortem **trudit**, ut est Horatianum illud (Carm. 2, 18, 15): Truditur dies die. Vs. 613 autem quum in libris esset: τὸν δ' ἀλήταν, quod vitio laborat numeri, Boeckhius corrixit: τὸν δὲ πλάνητ', Seidlerus: τὸν δ' εὐδαιμονα τεύχει ἀλάταν, Elmslejus: τὸν δὲ πένητ', Hermannus: τὸν δ' ἀλίταν εὐδαιμονα τεύχει. Ego vero crediderim, Euripidem primitus scripsisse: τὸν δ' ἵκέταν, cui ex versu 224 Math.: ἐν τε τῇ πόλει ἵκέτας ἀλήτας, συγγενεῖς, — ἔλπεσθαι βίᾳ, ascriptum ἀλήταν. Ad vs. 615 autem noto Brodaci et Elmsleji causa, jungen-dum esse ὁ μάταν πρόδημος. Postremo denique addo, de δὲ — γε particulis in versu 624 supra esse dictum. Totus ergo locus ergo ita est:

στροφ. Οὔτινά φῆμι θεῶν ὁτερ ὅλβιον,
οὐ βαρύποτμον
ἀνδρα γενέσθαι,
οὐδὲ τὸν αὐτὸν ἀεὶ βεβάνου δόμον
εὐτυχίᾳ παρὰ δ' ἄλλαν ἄλλα
μοῖρα διώκει.
τὸν μὲν ἀφ' ὑψηλῶν βραχὺν φύκε,
τὸν δ' ἵκέταν εὐδαιμονα τεύχει.

μόρσιμα δ' οὐτὶ φυγεῖν θέμις· οὐ σοφίᾳ τις ἀπώσεται,
ἀλλὰ μάταν ὁ πρόδυμος ἀεὶ πόνον ἔχει.

ἀντιστροφ. Ἀλλὰ σὺ μὴ προπιτνῶν τὰ θεῶν ὑπερ,
μηδὲ ὑπεράλγει
φροντίδα λύπα·
εὐδόκιμον γάρ ἔχει θανάτου μέρος
ἀ μελέα πρό τ' ἀδελφῶν καὶ γῆς,
οὐδὲ ἀκλεής νῦν
δόξα πρὸς ἀνθρώπων ὑποδέξεται.
ἀ δὲ ἀρετὰ βαίνει διὰ μόχθου.
ἄξια μὲν πατρός, ἄξια δὲ εὐγενίας τάδε γίγνεται.
εἰ δὲ σέβεις θανάτους γέγαδον, μετέχω σοι.

Strophe. Keiner ist ohne die Götter je glücklichen,
Traurigen Loses
Keiner geworden,
Nimmer auch wandelt beständig dasselbige
Haus in behaglichem Glück; es drängt sich
Wechsel auf Wechsel.
Stürzet vom Hoheitsgipfel der Mächtige,
Nahet das Glück dem irrenden Flüchtlings.
Seinem Verhängniß entgeht man nicht. Keinerlei Wissenschaft hantet es,
Kummer nur schafft das frevele Kämpfen dagegen.

Gegenstrophe. Murrest im Staube du über den Götterschlüß,
Ueber den eignen
Bitteren Kummer?
Aber es leuchtet ja herrlich der Armen Los,
Sterbend errettet sie Land und Brüder!
Ewiger Nachruhm
Harrt in der Zukunft ihrer, der Märtyrin.
Und des Verdienstes Psade sind mühvoll.
Würdig des Vaters ist dieses, und würdig der edlen Familie.
Preisest du aber der Rühmlichen Ende, so lob' ich's.

stroph. Nemo deum superum sine numine,
Credite, felix
Nec miser unquam,

Non eademque pari assiduo tibi
Prosperitate domus; sortem sors

Altera trudit.

Alterum ab excelsis cito dejicit,
Atque humilem alterno locupletat.

Fataque nemo fugit; sapientia nulla morabitur,
Impia qui cupiet, male semper habebit.

antistroph. Ne, rogo, numina stratus humi nimis,
 Neu nimis urge
 Tristia fletu.

Gloria nam miseræ cecidit bona

Funere pro patria ac pro gente:

Famaque quondam

Clara per humanos retinebitur.

Perque periculum splendida tendunt.

Digna patre Hercule mortua nobilitateque filia.
Sed probo, funera si colis innocuorum.

Ita saepius etiam credo plurimum posse conferri ad pristinum nitorem melicorum in tragicis
græcis carminum felicius restituendum aptiore ad soni illecebras sententiarumque concinnitatem di-
stributione singulorum versuum, veluti in Euripidis Electra vss. 1151 sqq. Matth. sic potius
scripserim ego:

Στροφ. Ἀμοιβαὶ κακῶν·

Μετάτροποι πνίουσιν αἵραι δόμων·
τότε μὲν ἐν λοντροῖς ἔπεσεν ἐμὸς, ἐμὸς ἀρχέτας·
ιάκχησε δὲ
στέγα λάϊνοι τε θριγκοὶ δόμων
τὰδ' ἐνέποντος· ω σχετλία, τι με, γέναι,
φονεύεις φίλαν πατρίδα δεκέτεσιν. σπορᾶ-
σιν ἐλθόντ' ἐμάν;

Αντιστροφ. παλίρρονς δὲ τάγδ'

ἐπάγεται δίκα διαδρόμον λέχους,
μέλεον ἀ πόσιν χρόνιον ικόμενον εἰς οἴκους

Κυκλώπειά τ' οὐ-
ράνια τείχε ὀξυθήκτῳ βέλει
κατέκαν αὐτόχειρ πέλεκυν ἐν χεροῖν
λαβοῦσα· τλάμων πόσις, ὅτι ποτὲ τὰν τάλαι-
ναν ἔσχεν κακόν,

Hac horum versuum constitutione et numerorum elegantiæ et sententiarum concinnitati melius consultum puto. Verborum caussa possunt comparari illa in *Hercule fur.* vss. 722 Matth.:

Μεταβολὰ πακῶν· μέγας ὁ πρόσθ ἀναξ
πάλιν ἐποστρέψει βίοτον εἰς Ἀιδαν
ἴω! δίκαια καὶ θεῶν παλιρρόντες πότμος.

Fortassis etiam in *Electra* restituendus singularis numerus ἀμοιβά. Tertium strophæ illius versum ita ego distribuo, ut dochmum alterum: ἐπεσεν ἀρχέτας interpellari credam vocibus ἐμὸς, ἐμὸς interjectionum quasi instar interpositis, de qua re videatur Hermannus ad *Alcest.* Monk. vs. 885. Displicebat sane aliquamdiu ista ἐμός pronominis repetitio hoc loco, sed est tamen et omnino tragicis et maxime Euripidi, etiam ubi nobis quidem hodie minus placeat, longe usitatisima ista verborum repetitio, cuius ex solius Euripidis fabulis innumerabilia possunt afferri exempla. Restituenda ea videtur Sophocli in celebri illo *Antigonae* loco vs. 138 Herm.: εἰχε δ' ἄλλᾳ μὲν, ἄλλᾳ, τὰ δ' ἐπ' ἄλλοις ἐπενώμα στυφελίζων μέγας Ἀρης Δεξιόσειρος, hoc sensu: Sed hæc, quæ Capaneus et Græci Thebanis fuerant minati, aliter se habebant, aliter (id est, multo aliter), ea vero Mars adjutor idoneus ruens in alios, id est, Græcos ipsos vertit. Εἰχε δ' ἄλλᾳ μὲν ἄλλᾳ insolentius dictum esse posse pro εἰχε δ' ἄλλᾳ μὲν ἄλλῳ, non credo. —

v. 689 Matth.: πῶς οὖν ὁπλίταις τενχέων ἀτερ φανεῖ; „Elmslejus ὁπλίτης, quia sic est in *Andromach.* vs. 459: γοργὸς ὁπλίτης φανεῖς. Quid sit ὁπλίτης ἀτερ τενχέων, fateor me non intelligere.“ *Matthiaeus.* Mihi vero apprime placet conjectura illa Elmslejana, certe permira est *Matthiae*i dubitatio. Post plura alia, quibus servus ille Jolaum vult prohibere, quomodo ipse in pugnam abeat, denique, quomodo, inquit, sine armis miles eris?

Nun denn wie willst du Kämpfer ohne Waffen sein?

Inermis ergo miles esse qui potes? —

vs. 711 Matth. Elmslejus edidit: Τοσόνδε γάρ τοι θάρσος, οὐδὲν ἄλλ, ἔχω. *Matthiaeus:* τοσόνδε γάρ τοι θάρσος, οὐδὲν ἄλλ ἔχω. *Dindorfius:* τοσόνδε γάρ τοι θάρσος, οὐδὲν ἄλλ ἔχω. Malim ego eadem fere medicina, qua ad versum 255 Matth. persanandum usus sum, sic reponere:

Ίόλ. οἴδ' οὐ προδώσοντί σε, μὴ τρέσῃς, ξένοι.

Ἄλκη. τοσόνδε γάρ σοι θάρσος; οὐδὲν ἄλλ ἔχω.

Ίόλ. καὶ Ζῆν τῶν σῶν, οἴδ' ἔγω, μέλει πόνων.

Nam postquam Jolaus Alcmenæ, quid, si quid Jolao et Heraclidis humanitus accidisset, sibi sit futurum, quærenti certissima spe et fiducia respondit: noli tibi timere, nunquam enim Athenienses te prodent, illa variis longissimæ vitae periculis et miseriis timidior facta nec sua omnia tam incerto eventui dubiæque hominum peregrinorum benevolentia credere conata: Tantane, inquit, tibi fiducia? ego præter te et nepotes meos nihil spei reliquum habeo, id est, ego vero minus facile,

quam tu, his credam omnem meam salutem, quoniam in vobis unica mihi jam reliqua spes est posita. Tum vero Jolaus: At tu, inquit, si hominibus non vis, certe confidito Jovis præsidio.

Jol. Die Freunde, fürchte nichts, verlassen nimmer dich.

Alkm. So sehr vertrauest du? ich habe weiter nichts.

Jol. Auch Zeus, ich weiß es, schauet auf dein Leid herab.

Jol. Nil metue, nunquam te hice prodent hospites.

Alem. Tantane fides? nil aliud est mihi super.

Jol. Jovique, certe teneo, sunt cordi tuae.

Γάρ in interrogationibus esse usitatissimum, exemplis tueri non opus. In Alcestide vero vs. 1128 Monk. Lips. fortasse melius vice versa interrogationis nota in extremum versum rejicienda est sic:

ὦ θεοί, τι λέξω θαῦμον ἀνέλπιστον τόδε;

vs. 738 Matth. οἶος ἀν τροπὴν Εὐρυσθέως θεῖν. Quod Barnesius ediderat, οἶος, recte videtur Elmslejus respuisse, nam etsi Euripidem hisce formis ionicis, de quibus supra dixi ad versum 541, non credo prorsus abstinuisse in hac maxime fabula, tamen hoc loco caussa nulla erat, cur a librorum scriptura recederetur. Quum enim et ὅς pronomen sic post τοῦτος et alia ejusmodi scriptum ἀν cum optativo post se habeat, cuius usus exempla quædam habet Matthiaeus in Grammat. ampl. §. 479. not. 2, et ipsum ὥστε, equidem nil video, quare idem illud in οἶος pronomine accidere potuisse negem. Atque adeo discriminem aliquod videre videor. Nam οἶος θεῖναι videtur esse, ὥστε ἐμὲ θεῖναι vel ὥστε ἐγώ θεῖναι vel potius τιθηναι, οἶος ἀν θεῖναι autem, ὥστε ἐμὲ ἀν θεῖναι vel ὥστε ἐγώ ἀν θεῖναι, illud est, ut fugare possim, hoc, ut fugare possem, illud qui dicit, ita dicit, ut credit fieri posse, hoc qui dicit, jam non posse fieri videt. Alterum autem, quod singulare videtur Matthiaeō, quod verbum non ad eandem personam referatur, ad quam præcedens, id mihi quidem nihil omnino facessit negotii. Euripidem deinde, quum Jolaus omnium fere Herculis laborum particeps fuerit, solam hic Spartæ expugnationem memorare, quod Lacedæmonios caros non haberet, quæ Barnesii et Elmsleji fuit opinio, non ab omni parte verum est. Potius temporis et auditorum gratia sibi hoc concessit Euripides, ut plura alia quum in aliis tum vero in hac fabula. Ex Heraclidis similia huc conseruo, versum 138,759 sqq., 890 sq. ex editione Elmslejana. De tempore autem hujus fabulæ editæ legenda est probabilis Boeckhii conjectura.

τέλος, ὃ βραχτῶν, οἷον ἡβῆσαντά σε
μεμνήμεσθ' ἡμεῖς, ἡγίκα ξένῳ Ἡρακλεῖ
Σπάρτην ἐπόρθεις, σύμμαχος γένοιο μοι
τοιοῦτος, οἶος ἀν τροπὴν Εὐρυσθέως
θεῖναι!

O! wäre noch mein Arm, wie aus der Jugend her
Ich seiner mich erinnre, da mit Herkules
Ich Sparta mit erobern half, so dienstbar mir
Und rüstig, daß ich des Eurystheus Heeresmacht
Noch schlagen könnte!

Out lacertus hicce, qualem in roboris
vi memini eum, quum fortis Herculis manus
egoque Spartam cepimus, tantopere
valeret, ut fugare possem Eurysthei
vires. —

Sed ab hac Euripidis Heraclidarum tractatione, quam aliquatenus certe viris harum rerum intelligentibus probatam cupio magnopere, jam ad aliam rem libet transire, quam non dedecere reor hanc programmatum libertatem. Nonne, qui hoc, quod programma nunc vocamus, scribendi non semper gratum acceptumque laborem suscepit, tantum simul habeat juris, ut etiam de suis ipsius rebus aliquando loquatur? Constitui enim his, quae disputavi hucusque, addere quædam de **Junii Juvenalis Aquinatis Satirarum Delectu** nuper a me edito, idque eo minus facere dubito, quod hæc, quae dicturis sum, pertinent etiam ad disciplinam scholasticam. Nam tamenetsi Lipsiensis ille repertorianus, qui mihi numerus est, quoniam ipse solo numero se notum voluit sed non numero diligenterem, non tantum apud me valebat, ut illius caussa quicquam adderem, tamen aliis quis vir, quem summis parem habeo pieque colo, literis ad me datis fecit, ut jam seri tardique epimetri loco hæcce eloquar. Sed priusquam ad eam rem ipsam accedo, illud etiam gressus meos inhibet, quod fortassis quibusdam minus liberaliter adversus innumerum istum numerum repertorianum agere videbor, nam quidam sane hodie humanitatem expostulant supra quam humanam. Quid autem facerem? eumne in magno numero haberem, qui meam Juvenalis editionem censurus publice tam parum liberalis in me esset tamque leviter officiū sui numeros expleret, ut, quod sine dubio jure meo in Museo antiquitatis Zimmermanniano a censoribus futuris modeste petieram, ne legeret quidem accurate librū meum, atque adeo nec notas siglasque librorum manu scriptorum editionumve vetustissimarum post Rupertium communi doctorum in Juvenalis explicacione laborantium usu receptas nosceret ante, quam eas a me obscure indiligereturque referri quereretur? Quid facerem ei, qui, quod in aliis tanquam bene factum laudat, idem in me reprehendit tanquam inscientie indiligentiae signum? Nam quum Klotzius intra breve tempus dupliciter edidisset Ciceronis Tusculanas disputationes, in alteraque editione quædam aliter constituisset atque in priore, id assensum tulit candidissimi hujus judicis; sed quod

ego alicubi dixi: „Quos libros vellem sæpius etiam, atque feci, secutus essem,“ id improbulo censori videtur probare, me, quid de codicum auctoritate judicarem, nescisse? Ego vero juratus illi dico, me diligentius se eam rem animo volutasse. Hic jam fortasse ille: Sentitis, inquiet, quam sit arrogans hic homo? Ipse sese cum Klotzio, viro inter omnes noto, audet comparare. At enim vero nec me illi, neque illum mecum comparo, tantum postulo, ut, quod alteri habeatur decus, id mihi ne tanquam dedecus expobretur. Ut enim non is ego sum, qui mihi omnia, nihil ceteris licere arbitrer, ita vero nec ceteris in me omnia, mihi in illos nihil. Sed scilicet ille nimium quantum offensus est ea re, quod præfatio quibusdam sane, ut videtur, necessaria abest, unde, qualis esset liber, facile disceret. Neque ego ea omnia, que vulgo solent in præfationibus exponi, omittere omnino volui, sed non conducere rebar, si illa cum discipulis ea editione usurpis communicarem, quare constitueram ea in ephemeridibus Zimmermannianis vernacule disserere. Idque feceram. Sed quid ad me, si non legit ille? Tum risi, quum veterem illam cantilenam audirem, debuisse me accurate narrare, quibus scribebam quoque consilio, quasi id non partim dixisset, partim ipso interpretationis genere docuisse. Videri meam de ea re opinionem aliam quam suam. Vero. Nam insanus mihi ac sine dubio aliis, qui discipulos in scholis docent, viderer, si, quod postulavit ille, dissentibus, quibus me scripsisse dixi, omnem illum longissimum de diversa tot codicum eorumque quidem tam incuriose ut plurimum collatorum ratione ac natura locum voluisse proponere. Hos vero codices plurimos denuo perscrutari ea diligentia, quæ decet hodiernos criticos, eorum est editorum, qui integrum totius Juvenalis recensionem recipiunt, mihi nec licuit per locum, tempora, res, nec pro consilio, quod sequebar, opus fuit. Nam sine dubio plurimos mecum consentientes habebo, quum non minus iis, quos præcipue literarum studiosos hodie solemus appellare, quam scholarum discipulis præ omnibus illud maxime necessarium esse dixerim, ut legant prius et intelligent scriptores veteres, quam in iisdem emendandis studium haud raro satis inutile ponant. Alterum illud volui hac editione mea adjuvare, eique consilio interpretationis genus accommodare studui. Ne multa, volui ego, quantum possem, efficere, ut Juvenalem intelligerent legentes, id est, dissentient, quis sit verborum singulorum significatus, quæ continuum sententiarum cohaerentia, quæ inventionis ars, quæ tractationis poesisque Latinorum maxime satiricæ consuetudo, quæ denique elocutionis orationisque ratio. Criticam autem artem neque omnino volui arcere a tironibus, quoniam ejus artis usu etiam juvenile judicium multum subigitur ac conformatur, neque vero, quia hic illic in subtilitates abit dissentibus prorsus inutiles, ὅλω τῷ Στιλάνῳ, ut ajunt Græci, perfundere eos, sed ea tantum cum illis communicare, quorum discrimen in rerum cursu sententiarumque consequentia aut in orationis sermonisque Latinorum regula et norma versaretur. Nihil ego minus amo, quam, antequam quis usu et disciplina severa maturerit, mentis alicui scilicet, si diis placet, ingenioso lusui indulgere. Num quem cœli mundique artificio explicando parem ideo numquaque judicabimus, quin prius numerorum principia perdidicerit? Eive, qui illud non jam possit, instrumenta ad illud solum utilia num trademus?

Sed fando audiysi esse hodie, quibus tota hæc Juvenalis in scholis nostris lectio admodum

juvenili ingenio periculosa videatur. Audio. Sed quid? cæcutiabantne in re, quam quis non difficillimam crediderit, medii ævi homines, qui tam assidue in suis scholis Juvenalis satiras legebant? Cæcutiuntne hodie Angli, Galli, Batavi? Omisi ego omnia, ut oportebat sanum hominem, quæ vere possent adolescentibus noxia esse, in eoque delectū tam severum me præstisti, ut omiserim etiam quædam, (ut primam præter exordium et decimam), quæ scio legi ab Anglis et esse lecta etiam a Germanicis magistris in scholis suis. In iis satiris, quas in meam editionem recepi, præsto et polliceor, nihil esse, quod, nisi quis velit putido cuidam pudori studere, qui prorsus inutilis est in iis, qui Schilleri et Gœthii carmina et alios Germanorum, Anglorum, Gallorum legerunt libros, non possit recte legi, modo paululum noverit magister artem res moderandi. Sed solent hodie aliquot viri docti, qui aut non legerunt Juvenalem totum, aut pridem legerunt, ex vulgarium historiæ literarum Romanarum interpretum libris judicium facere de eo, aut meminisse tantum talium satirarum, quales sunt sexta et nona. Ad sermonis autem, quo Juvenalis utitur, rationem quod attinet, quam et ipsam quibusdam displicuisse comperi, neque nimis magnam habet diversitatem ab atatis aureæ consuetudine, et omnino diversitatis observatio tantum abest ut noceat dissentibus, ut prosit recte quidem tractata. Nonne enim ex duorum contrariorum comparatione utriusque vera ratio eo dilucidius intellegitur? Ei igitur rei præ ceteris diligenter consulere studui, eoque diligentius, quo minus diligenter ei parti erat prospectum a prioribus Juvenalis editoribus. Videant ergo, qui judicare volunt, videant prius, quam judicent. Quanta denique est in illis satiris honestatis admiratio, quantus virtutis amor, quantum nequitiarum omnium odium, quanta in his rebus describendis veritas et alacritas, quanta postremo rerum diversissimarum atque ad totius tam publicæ quam private Romanorum illis temporibus vitæ cognitionem utilissimarum copia! De his temporibus vero, quæ notavit, illud unum sufficiat dixisse, ea esse ipsa, in quibus corruerent vetera, succrescerent nova, eaque tempora ideo non indigna esse cura nostra etiam majore. Hæ ergo satiræ mea quidem opinione optime ita leguntur, ut si quidem editio lecturis præsto sit talis, qualem meam esse volo, singulæ inter singulas satiras et epistolas Horatianas commodis locis interserantur. — Sed jam satis, plura enim posui in *ephemeridibus Zimmermannianis* ann. 1835. mens. Aug. nr. 99 et 100.

DIXI.

ADDENDA QUÆDAM ET CORRIGENDA.

Δέ γε est etiam apud Dionysium Halicarn. de compos. verbor. p. 114 Schæf.: 'Η γάρ τοι Θουκυδίδον λέξις παλ ἡ Ἀντιφῶτος τοῦ Ραμονούσιον παλῶς μὲν σύγχειται, — ἡ δέ γε τοῦ Κνιδίου συγγραφέως Κτησίου κ. τ. λ. ubi Schaeferus etiam alium ejusdem Dionysii locum ita corrigit et affert Boissonad. ad Philostrat. Her. p. 358. Sed apud Aristophanem in Pluto vs. 1150 Dindorf, ubi olim erat: τι δέ γ' αὐτοῦ. recte nunc legitur:

τι δέ; ταῦτομολεῖν ἀστεῖον εἶναι σοι δοκεῖ;

In proverbio autem illo non debet esse:

Πολλοὶ μὲν ναρθηκοφόροι, Βάκχοι δέ γε παῦροι.

sed, ut recte est apud Erasmus in Adag. p. 652 edit. Francft. a. 1656, δέ τε.

Porro est apud Simonidem apud Dionys. Hal. d. comp. verb. p. 434 Schæf. et apud Mehlhorn. in Antholog. Lyr. p. 59 vs. 15:

εἰ δέ τοι δεινὸν τό γε δεινὸν ἦν,
καὶ πενθεῖμον ῥημάτων
λεπτὸν ὑπεῖχες οὖας.

Denique affero Aristophanis Plut. 551 Dind.:

ἄλλ' οὐχ ὄνμὸς τοῦτο πέπονθεν βίος οὐ μὰ Δᾶ, οὐδέ γε μελλει. —

Si γένεται, de quo dixi pg. 17, verum fuerit in illo Aristophanis loco, scribendum videtur γένεται ad eam normam, de qua disseruit Buttmannus Grammat. ampl. T. I. p. 432 sqq. et in Addendis ad eum locum T. II. p. 422. Nam Porsoni de quinto pede senarii canonem in Aristophane nemo morabitur.

Pag. 3 v. 8 sup. leg. ἀξιος.

— 3 v. 14 — — Αὐτοῦ.

— 11 v. 15 — — "Ο,

— 18 v. 6 inf. — ἀκούσασ'.

Minora, ut si spiritus accentusve defecerunt, relinquo.

